Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Secvndo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

Visual Library

SECVNDO.

AN ita deteſtetur, oderit, & auertat ſe à peccatis ſuis, atque ad Deum ſuum iterum ſe conuertat, vt intuitu Maieſtatis eius, iam ab hac hora, & momento renunciet illis in æternum, ac firmiſſimè iam, & abſolutiſſimè reſoluerit ſeſe hæroica reſolutione, deinceps tota vita ſua nullum amplius peccatum mortale admittere, ſed reuera Diuinam Maieſtatem ſuam, pro abſoluto legislatore, ac Domino agnoſcere, eiuſq; mandata, quoad fragilitas humana patitur, obſeruare. In ſpecie verò examinet id quiſque circa certum aliquod peccati genus, cui ipſe quidem ſe maximè inter alia deditum eſſe nouit.

TER-